*contra, opera sua ad consilium Dei Creatoris accommodare teneantur, quod hinc ipsa matrimonii eiusque actuum natura exprimit, hinc constans Ecclesiae doctrina declarat.*[10]

597 *11. Hi actus, quibus coniuges intime et caste copulantur, et per quos vita humana propagatur, quemadmodum recens Concilium admonuit, « honesti ac digni sunt »;*[11] *iidemque legitimi esse non desinunt, etsi infecundi praevideantur propter causas a coniugum voluntate nequaquam manantes, cum non cesset eorum destinatio ad coniugum coniunctionem significandam roborandamque. Revera, ut usu noscitur, non ex unaquaque coniugali congressione nova exoritur vita. Deus enim naturales leges ac tempora fecunditatis ita sapienter disposuit, ut eadem iam per se ipsa generationes subsequentes intervallent. Verumtamen Ecclesia, dum homines commonet de observandis praeceptis legis naturalis, quam constanti sua doctrina interpretatur, id docet necessarium esse, ut* quilibet matrimonii usus *ad vitam humanam procreandam per se destinatus permaneat.*[12]

598 *12. Huiusmodi doctrina, quae ab Ecclesiae Magisterio saepe exposita est, in nexu indissolubili nititur, a Deo statuto, quem homini sua sponte infringere non licet, inter significationem unitatis et significationem procreationis, quae ambae in actu coniugali insunt.*

*Etenim propter intimam suam rationem, coniugii actus, dum maritum et uxorem artissimo sociat vinculo, eos idoneos etiam facit ad novam vitam gignendam, secundum leges in ipsa viri et mulieris natura inscriptas. Quodsi utraque eiusmodi essentialis ratio, unitatis videlicet et procreationis, servatur, usus matrimonii sensum mutui verique amoris suumque ordinem ad celsissimum paternitatis munus omnino retinet, ad quod homo vocatur. Putamus nostrae aetatis homines aptissimos*

[10] Cf. *GS* 50-51: *AAS* 58 (1966), 1070-1073; *EV* I, 1479-1480.
[11] Cf. *GS* 49: *AAS* 58 (1966), 1070; *EV* I, 1476.



al contrario, devono conformare il loro agire all'intenzione creatrice di Dio, espressa nella stessa natura del matrimonio e dei suoi atti, e manifestata dall'insegnamento costante della chiesa.[10]

### Rispettare la natura e la finalità dell'atto matrimoniale

11. Questi atti, con i quali gli sposi si uniscono in casta intimità e per mezzo dei quali si trasmette la vita umana, sono, come ha ricordato il recente concilio, « onesti e degni »,[11] e non cessano di essere legittimi se, per cause mai dipendenti dalla volontà dei coniugi, sono previsti infecondi, perché rimangono ordinati ad esprimere e consolidare la loro unione. Infatti, come l'esperienza attesta, non da ogni incontro coniugale segue una nuova vita. Dio ha sapientemente disposto leggi e ritmi naturali di fecondità che già di per sé distanziano il susseguirsi delle nascite. Ma, richiamando gli uomini all'osservanza delle norme della legge naturale, interpretata dalla sua costante dottrina, la chiesa insegna che *qualsiasi atto matrimoniale* deve rimanere aperto alla trasmissione della vita.[12] 597

### Inscindibili i due aspetti: unione e procreazione

12. Tale dottrina, più volte esposta dal magistero della chiesa, è fondata sulla connessione inscindibile, che Dio ha voluto e che l'uomo non può rompere di sua iniziativa, tra i due significati dell'atto coniugale: il significato unitivo e il significato procreativo. 598

Infatti, per la sua intima struttura, l'atto coniugale, mentre unisce con profondissimo vincolo gli sposi, li rende atti alla generazione di nuove vite, secondo leggi iscritte nell'essere stesso dell'uomo e della donna. Salvaguardando ambedue questi aspetti essenziali, unitivo e procreativo, l'atto coniugale conserva integralmente il senso di mutuo e vero amore ed il suo ordinamento all'altissima vocazione dell'uomo alla paternità. Noi pensiamo che gli uomini del nostro tempo sono partico-

[12] Pius XI, Litt. enc. *Casti connubii*: *AAS* 22 (1930), 560; Pius XII, Allocutio iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *AAS* 43 (1951), 843.

*tur, leges conservans generationis, is non quidem dominum se confitetur fontium vitae, sed potius ministrum consilii a Creatore initi. Sicut enim homo, in universum, corporis sui non habet infinitam potestatem, ita etiam, et sane peculiari ratione, ne genitalium quidem virium qua talium, quoniam hae suapte natura ad vitam humanam progignendam spectant, cuius Deus principium est. «Etenim hominum vita pro sacra re est omnibus ducenda – commonebat Decessor Noster f.r. Ioannes XXIII –; quippe quae, inde a suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet».*[10] [490]

1168 *14. Quare primariis hisce principiis humanae et christianae doctrinae de matrimonio nixi, iterum debemus edicere omnino respuendam esse, ut legitimum modum numeri liberorum temperandi, directam generationis iam coeptae interruptionem, ac praesertim abortum directum, quamvis curationis causa factum.*[11]

1169 *Pariter, sicut Ecclesiae Magisterium pluries docuit, damnandum est seu viros seu mulieres directo sterilitate, vel perpetuo vel ad tempus, afficere.*[12]

1170 *Item quivis respuendus est actus, qui, cum coniugale commercium vel praevidetur vel efficitur vel ad suos naturales exitus ducit, id tamquam finem obtinendum aut viam adhibendam intendat, ut procreatio impediatur.*[13]

1171 *Neque vero, ad eos coniugales actus comprobandos ex industria fecunditate privatos, haec argumenta ut valida afferre licet: nempe, id malum eligendum esse, quod minus grave videa-*

[10] Litt. enc. *Mater et Magistra*: *AAS* 53(1961), p. 447; *EE* 7/414.

[11] Cf. *Catechismus Romanus* ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini, iussu Pii V P.M. editus, pars II, c. VIII; Pius XI, Litt. enc. *Casti connubii*: *AAS* 22(1930), p. 562-564; *EE* 5/507-512; Pius XII, *Allocutio* ad Societatem Italicam Medico biologicam a S. Luca: *Discorsi e radiomessaggi di S.S. Pio XII*, VI, pp. 191-192; *Allocutio* iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *AAS* 43(1951), pp. 842-843; *Allocutio* ad Conventum Societatis quam «Fronte della famiglia» appellant et ad Consociationem familiarum fecundarum: *AAS* 43(1951), pp. 857-859; Ioannes XXIII, Litt. enc. *Pacem in terris*: *AAS* 55(1963), pp. 259-260; *EE* 7/551; Conc. Vat. II, Const. past. *Gaudium et spes*, n. 51: *AAS* 58(1966), p. 1072; *EV* 1/1483.

[12] Cf. Pius XI, Litt. enc. *Casti connubii*: *AAS* 22(1930), p. 565; *EE* 5/513s; S. Officium, Decretum datum die 22 febr. 1940: *AAS* 32(1940), p. 73; Pius XII,



contraddire anche al piano di Dio e alla sua santa volontà. Usufruire invece del dono dell'amore coniugale rispettando le leggi del processo generativo, significa riconoscersi non arbitri delle sorgenti della vita umana, ma piuttosto ministri del disegno stabilito dal Creatore. Infatti, come sul suo corpo in generale l'uomo non ha un dominio illimitato, così non lo ha, con particolare ragione, sulle sue facoltà generative in quanto tali, a motivo della loro ordinazione intrinseca a suscitare la vita, di cui Dio è principio. «La vita umana è sacra – ricordava il nostro predecessore Giovanni XXIII di f.m. –; fin dal suo affiorare impegna direttamente l'azione creatrice di Dio».[10]

**Vie illecite per la regolazione della natalità**

14. In conformità con questi principi fondamentali della visione umana e cristiana sul matrimonio, dobbiamo ancora una volta dichiarare che è assolutamente da escludere, come via lecita per la regolazione delle nascite, l'interruzione diretta del processo generativo già iniziato, e soprattutto l'aborto diretto, anche se procurato per ragioni terapeutiche.[11] 1168

È parimenti da condannare, come il magistero della chiesa ha più volte dichiarato, la sterilizzazione diretta, sia perpetua che temporanea, tanto dell'uomo che della donna.[12] 1169

È altresì esclusa ogni azione che, o in previsione dell'atto coniugale, o nel suo compimento, o nello sviluppo delle sue conseguenze naturali, si proponga, come scopo o come mezzo, di impedire la procreazione.[13] 1170

Né, a giustificazione degli atti coniugali resi intenzionalmente infecondi, si possono invocare, come valide ragioni: che bisogna scegliere quel male che sembri meno grave o il fatto 1171

*Allocutio* iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *AAS* 43(1951), pp. 843-844; *Allocutio* ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *AAS* 50(1958), pp. 734-735.

[13] Cf. *Catechismus Romanus* ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini, iussu Pii V P.M. editus, pars II, c. VIII; Pius XI, Litt. enc. *Casti connubii*: *AAS* 22(1930), pp. 559-561; *EE* 5/500-506; Pius XII, *Allocutio* iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices: *AAS* 43(1951), p. 843; *Allocutio* ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *AAS* 50(1958), pp. 734-735; Ioannes XXIII, Litt. enc. *Mater et Magistra*: *AAS* 53(1961), p. 447; *EE* 7/413.

*tur; insuper eosdem actus in unum quoddam coalescere cum actibus fecundis iam antea positis vel postea ponendis, atque adeo horum unam atque parem moralem bonitatem participare. Verum enimvero, si malum morale tolerare, quod minus grave sit, interdum licet, ut aliquod maius vitetur ma[491]lum vel aliquod praestantius bonum promoveatur,*[14] *numquam tamen licet, ne ob gravissimas quidem causas, facere mala ut eveniant bona (cf. Rm 3,8): videlicet in id voluntatem conferre, quod ex propria natura moralem ordinem transgrediatur, atque idcirco homine indignum sit iudicandum, quamvis eo consilio fiat, ut singulorum hominum, domesticorum convictuum, aut humanae societatis bona defendantur vel provehantur. Quapropter erret omnino, qui arbitretur coniugalem actum, sua fecunditate ex industria destitutum, ideoque intrinsece inhonestum, fecundis totius coniugum vitae congressionibus comprobari posse.*

1172 *15. Ecclesia autem illas medendi rationes haud illicitas existimat, quae ad morbos corporis curandos necessariae sunt, etiamsi exinde oriatur procreationis impedimentum, licet praevisum, dummodo ne hoc impedimentum ob quamlibet rationem directo intendatur.*[15]

1173 *16. Attamen, contra huiusmodi Ecclesiae doctrinam de coniugii moribus dirigendis, quidam nostris temporibus opponunt, ut supra animadvertimus (n. 3), rationi humanae ius ac munus esse, eas, quas irrationalis natura ipsi praebuerit, vires temperare easque referre ad assequendum finem hominis bono convenientem. Nunc enim nonnulli quaerunt: ad rem quod attinet, nonne rationi consentaneum est, in tot rerum adiunctis prolis generationem artificiose temperare, si hoc agendi modo familiae tranquillitati atque concordiae melius consulatur, et filiorum, qui iam nati sint, educandorum magis idoneae condiciones parentur? Huic quaestioni clare respondere oportet: scilicet Ecclesiam ante omnes primam esse in [492] laudando atque commendando humani intellectus usu in opere, quod homi-*

[14] Cf. Pius XII, *Allocutio* iis qui interfuerunt V Conventui nationali Societatis Iurisconsultorum catholicorum: *AAS* 45(1953), pp. 798-799.
[15] Cf. Pius XII, *Allocutio* iis qui interfuerunt XXVI Conventui a Sodalitate Italica de Urologia indicto: *AAS* 45(1953), pp. 674-675; *Allocutio* ad VII Conventum Societatis inter omnes gentes de Haematologia: *AAS* 50(1958), pp. 734-735.



che tali atti costituirebbero un tutto con gli atti fecondi che furono posti o poi seguiranno, e quindi ne condividerebbero l'unica e identica bontà morale. In verità, se è lecito, talvolta, tollerare un minor male morale al fine di evitare un male maggiore o di promuovere un bene più grande,[14] non è lecito, neppure per ragioni gravissime, fare il male, affinché ne venga il bene (cf. Rm 3,8), cioè fare oggetto di un atto positivo di volontà ciò che è intrinsecamente disordine e quindi indegno della persona umana, anche se nell'intento di salvaguardare o promuovere beni individuali, familiari o sociali. È quindi errore pensare che un atto coniugale, reso volutamente infecondo, e perciò intrinsecamente non onesto, possa essere coonestato dall'insieme di una vita coniugale feconda.

**Liceità dei mezzi terapeutici**

15. La chiesa, invece, non ritiene affatto illecito l'uso dei mezzi terapeutici necessari per curare malattie dell'organismo, anche se ne risultasse un impedimento, pur previsto, alla procreazione, purché tale impedimento non sia, per qualsiasi motivo, direttamente voluto.[15] 1172

**Liceità del ricorso ai periodi infecondi**

16. A questo insegnamento della chiesa sulla morale coniugale, si obietta oggi, come osservavamo sopra (n. 3), che è prerogativa dell'intelligenza umana dominare le energie offerte dalla natura irrazionale e orientarle verso un fine conforme al bene dell'uomo. Ora, alcuni si chiedono: nel caso presente, non è forse razionale, in circostanze così complesse, ricorrere al controllo artificiale delle nascite, se con ciò si ottiene l'armonia e la quiete della famiglia e migliori condizioni per l'educazione dei figli già nati? A questo quesito occorre rispondere con chiarezza: la chiesa è la prima a elogiare e a raccomandare 1173

*nem, ratione praeditum, tam arte cum Creatore suo consociat, at ipsam affirmare, id peragendum esse, servato rerum ordine a Deo statuto.*

174 *Si igitur iustae adsint causae generationes subsequentes intervallandi, quae a coniugum corporis vel animi condicionibus aut ab externis rerum adiunctis proficiscantur, Ecclesia docet tunc licere coniugibus sequi vices naturales, generandi facultatibus immanentes, in maritali commercio habendo iis dumtaxat temporibus, quae conceptione vacent, atque adeo nasciturae proli ita consulere, ut morum doctrina, quam modo exposuimus, haudquaquam laedatur.*[16]

175 *Ecclesia sibi suaeque doctrinae constat, sive cum iudicat coniugibus licere rationem habere temporum, quae fecunditate careant, sive cum usum earum rerum ut semper illicitum improbat, quae conceptioni directo officiant, etiamsi haec altera agendi ratio argumenta repetat, quae honesta et gravia videantur. Etenim hae duae causae inter se maxime discrepant: in priore, coniuges legitime facultate utuntur, sibi a natura data; in altera vero, iidem impediunt, quominus generationis ordo suos habeat naturae processus. Si infitiandum non est, coniuges in utroque casu mutua certaque consensione prolem ob probabiles rationes vitare velle, atque pro explorato habere liberos minime esse nascituros, attamen fatendum pariter est, in priore tantum casu fieri, ut ipsi coniuges se a maritali amplexu temporibus fecunditatem invehentibus abstinere valeant, quotiescumque ob iustas rationes liberorum procreatio optanda non sit; cum autem tempora conceptibus non apta redierint, fieri ut ipsi utantur commercio ad mutuum testandum amorem atque ad promissam sibi fidem servandam. Iidem sane, haec agentes, vere et omnino recti amoris testimonium praebent.* [493]

6 *17. Probi homines satius etiam sibi persuaderi possunt de veritate doctrinae, quam Ecclesia hac in re proponit, si mentem convertant ad ea, quae secutura sunt vias rationesque, ad natorum incrementa artificio coërcenda adhibitas. In primis secum recogitent, quam lata et quam facilis via hac agendi ratione patefieri possit, sive ad coniugum infidelitatem, sive ad morum di-*



l'intervento dell'intelligenza in un'opera che così da vicino associa la creatura ragionevole al suo Creatore, ma afferma che ciò si deve fare nel rispetto dell'ordine da Dio stabilito.

Se dunque per distanziare le nascite esistono seri motivi, 1174 derivanti dalle condizioni fisiche o psicologiche dei coniugi, o da circostanze esteriori, la chiesa insegna essere allora lecito tener conto dei ritmi naturali immanenti alle funzioni generative per l'uso del matrimonio nei soli periodi infecondi e così regolare la natalità senza offendere minimamente i principi morali che abbiamo ora ricordato.[16]

La chiesa è coerente con se stessa, sia quando ritiene lecito 1175 il ricorso ai periodi infecondi, sia quando condanna come sempre illecito l'uso dei mezzi direttamente contrari alla fecondazione, anche se ispirato da ragioni che possano apparire oneste e gravi. Infatti, i due casi differiscono completamente tra loro: nel primo caso i coniugi usufruiscono legittimamente di una disposizione naturale; nell'altro caso essi impediscono lo svolgimento dei processi naturali. È vero che, nell'uno e nell'altro caso, i coniugi concordano con mutuo e certo consenso di evitare la prole per ragioni plausibili, cercando la sicurezza che essa non verrà; ma è altresì vero che soltanto nel primo caso essi sanno rinunciare all'uso del matrimonio nei periodi fecondi quando, per giusti motivi, la procreazione non è desiderabile; usandone, poi, nei periodi agenesiaci a manifestazione di affetto e a salvaguardia della mutua fedeltà. Così facendo essi danno prova di amore veramente e integralmente onesto.

### Gravi conseguenze dei metodi di regolazione artificiale della natalità

17. Gli uomini retti potranno ancora meglio convincersi 1176 della fondatezza della dottrina della chiesa in questo campo, se vorranno riflettere alle conseguenze dei metodi di regolazione artificiale delle nascite. Considerino, prima di tutto, quale via larga e facile aprirebbero così all'infedeltà coniugale e all'ab-

[16] Cf. Pius XII, *Allocutio iis quae interfuerunt Conventui Societatis Catholicae Italicae inter Obstetrices*: *AAS* 43(1951), p. 846.